

INCIPIT^a SERMO SANCTI
AUGUSTINI AD VIRGINES.

Dilige dominum et amabit te;
servi illi et inluminabit cor tuum.
Honora matrem tuam sicut ma-
trem Christi, et ne dispexeris^d
canitiem eius, quae peperit te.
Dilige sorores tuas sicut filias
matris tuae, et non derelinquas
vias^e pacis. Oriens^f sol videat co-
dicem in manu^g tua^g et post se-
cundam horam operare^h opus
tuum. Ora sine intermissione, et
memento Christi, qui genuit te.
Conventus virorum evita, ut
non fiat idolum in tuaⁱ animaⁱ, et
erit tibi offendiculum in tempore
orationis. Christum habes dilec-
tum; proice^k viros omnes, et non
vives exprobrabilem vitam. Ani-
mositatem etiam^l longe facito a
te, et memoria malitiae non de-
moretur apud te. Ne dicas: Ho-
die comedo, et crasⁿ non come-
dam, quoniam non in sapientia
facis hoc. Erit enim nocella^p cor-
pori tuo, et cruciatus^q stomacho
tuo. Edere carnem non est^r bo-
num, et bibere vinum non est^t
optimum. Offerri^t autem opor-
tet^u infirmantibus. Virgo turbu-
lenta non salvabitur, et quae in

[INCIPIT EPISTOLA EVA-
GRII^b AD VIRGINEM DI-
RECTA^c]

Dilige Dominum, et amabit te;
famulare illi, et inluminabit cor
tuum. — Honora matrem tuam
sicut matrem Christi et non exa-
cerbes canos matris tuae. Dilige
sorores <tuas> tamquam filias
matris tuae et non derelinquas
viam pacis. — Oriens sol videat
librum in manibus tuis, et post-
modum opus tuum. Ora Domi-
num sine cessatione et memento
Christi qui generavit te. — Con-
fabulationes virorum evita, ut
non fiant idola in mente tua et
sint tibi offendicula in tempore
orationis. Christum habens^j di-
lectum omnes reice masculos, et
non ages vitam exprobrabilem.
— Furorem et iram longe facito
abs te et memoria malitiae ne
commoretur^m in te. — Ne dixe-
ris^o: Hodie non edam et crastino
manducabo, — quia non in sa-
pientia facis istud; erit enim haec
inaequalitas noxia corpori tuo et
dolor stomacho tuo^s. —

Virgo audax non salvabitur, et

a) SENTENTIAE AD VIRGINIES H.
S. d) exasperes H. e) viam H.
H. h) *fehlt* H. i) anima tua H.
l) et iram H. m) commemoretur S.
p) noxa H. q) dolor H. r) *fehlt* H.
t) Offerre H. u) *folgt* te ista H.

b) EVACRI S. c) DIRECTAM
f) Exoriens H. g) manibus tuis
j) havens S. k) *folgt* abs te H.
n) crastino H. o) disseris S.

s) Edere carnem non bonum et
Offerri autem oportet infirmantibus *fehlt* S.